



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Disputatio XXII. De perfectione habitualis gratiæ Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

Christo data est, ut in solutione ad secundum, aperte dicit D. Thom. ideo sub hac consideratione hæc gratia habet rationem connaturalis forme; & ideo augeri non potest secundum potentiam ordinariam ut dictum est.

In solutione ad 3. (nam de secundo iam satis dictum est) explicat D. Th. locum illum Luc. 2. Puer autem crescebat sapientia, ætate & gratia, & exponit intelligendum esse, non de augmento ipsius gratie in se, sed in ostensione, & manifestatione sua, quæ est communis Patrum expositio, Greg. Naz. orat. 20. in laudem Basilij. nu. 65. quem locum citavit Euthy. Luc. 2. & D. Th. ibi in catena, Canus verò lib. 12. de locis. ca. 14. quia fortasse locum non inuenit, existimavit, falso allegari. Eandem expositionem habet idem Naz. orat. 51. Athan. orat. 4. contra Arium. Cyrill. 1. in Ioan. c. 17. & li. 2. c. 72. & lib. 10. thesaur. c. 7. Hieron. in id. Isai. 7. Vt scias reprobare malum, & in id. Jerem. 31. Femina circumdabit virum. Bernard. hom. 2. in Missus est. Bed. hom. 1. in Dominicam primam post Epiphaniam circa f. tom. 7. Hugo de S. Vi. lib. de Incarn. Verb. s. 6. Damasc. lib. 3. de fide. c. 22. ubi aliam refert expositionem, scilicet, ut Christus dicatur crescere in gratia in suis membris, quæ ve perse constat, litteralem sensum non continet.

Sed de priori dubitari potest, quia ita dicitur de Christo creuisse in gratia sicut in ætate, sed in ætate non solum ostendit augmentum, sed vere comparat illud, ergo & in gratia, unde & ibi dicitur creuisse coram Deo, & hominibus. Respondetur, ideo D. Thom. hic non solum dicit creuisse, ostendendo gratiam suam, sed creuisse in effectibus, faciendo excellentiora opera ipsius gratie & hoc modo reuera crescebat, quia re ipsa efficiebat opera gratie excellentiora, per quæ licet ipse non fieret sanctior, aut iustior, nec plus aliquid mereretur, propter infinitam dignitatem personæ suæ, & quia à principio habuit gratiam consummatam: nihilominus illa opera de se erant sufficientia ad augendam gratiam, quatenus nouum meritum continebant.

ARTICVLVS XIII.

Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vni-
onem.



Ad tertium decimum sic proceditur. Videtur quod gratia habitualis in Christo non subsequatur vni-
onem. Idem enim non sequitur ad seipsum. Sed hoc gratia habitualis videtur eadem esse cum gratia vni-
onem. Et dicitur enim August. in lib. de Prædestinat. Sanctorum: Ea gratia sit ab initio fidei sua homo quicunque Christianus, quæ gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Quorum duorum primum pertinet ad gratiam habituales: secundum ad gratiam vni-
onem. Ergo videtur, quod gratia habitualis non subsequatur vni-
onem.

Præterea, Dispositio præcedit perfectionem tempore, vel saltem intellectu. Sed gratia habitualis videtur esse dispositio humana nature ad vni-
onem personalem. Ergo videtur, quod gratia habitualis non subsequatur vni-
onem, sed magis præcedat.

Præterea, Commune est prius proprio: Sed gratia habitualis est communis Christo, & alijs hominibus, gratia autem vni-
onem est propria Christo. Ergo prior est secundum intellectum gratia habitualis, quam ipsa vni-
onem. Non ergo sequitur eam.

Sed contra est, quod dicitur Isai. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: & postea sequitur, Dedi Spiritum meum super eum, quod quidem pertinet ad donum gratie habituales. Unde relinquatur, quod susceptio nature humane in vni-
onem personæ, præcedat gratiam habituales in Christo.

Fr. Suarez. Tom. 1.

Respondeo dicendum, quod vni-
onem humanæ nature ad diuinam personam (quam supra diximus esse ipsam gratiam vni-
onem) præcedit gratiam habituales in Christo: non ordine temporis, sed nature & intellectus.

Et hoc triplici ratione: primo quidem secundum ordinem principiorum vtriusque. Principium enim vni-
onem est persona filij assumens humanam naturam, quæ secundum hoc dicitur missa esse in mundum, quod humanam naturam assumpsit. Principium autem gratie habituales, quæ cum charitate datur, est Spiritus sanctus, qui secundum hoc dicitur mitti, quod per charitatem mentem inhabitat. Missio autem filij secundum ordinem nature, prior est missione Spiritus sancti, sicut ordine nature Spiritus sanctus procedit à filio & à sapientia dilectio: Unde & vni-
onem personæ, secundum quam intelligitur missio filij, est prior ordine nature, habituali gratia, secundum quam intelligitur missio Spiritus sancti. Secundo, accipitur ratio huius ordinis ex habitudine gratie ad suam causam. Gratia enim causatur in homine ex præsentia diuinitatis, sicut lumen in aëre ex præsentia solis: Unde dicitur Ezech. 43. Gloria Dei Israel ingreditur per viam Orientalem, & terra splendebat à maiestate eius. Præsentia autem Dei in Christo intelligitur secundum vni-
onem humanæ nature ad diuinam personam: Unde gratia habitualis Christi intelligitur, ut consequens hanc vni-
onem, sicut splendor solem.

Tertio, ratio huius ordinis sumi potest ex fine gratie ordinatur enim ad bene agendum. Actiones autem sunt suppositorum: & indiuiduorum. Unde actio, & per consequens gratia ad ipsam ordinans, præsupponit hypostasim operantem. Hypostasis autem non præsupponitur in humana natura ante vni-
onem, ut ex supra dicto patet. Et ideo gratia vni-
onem secundum intellectum præcedit gratiam habituales.

Ad primum ergo dicendum, quod August. ibi gratiam nominat gratuitam Dei voluntatem gratis beneficia largientem. Et propter hoc eadem gratia dicitur hominem quemcumque fieri Christianum, quæ gratia factus est homo Christus: quia vtrumque gratuitum Dei voluntate absque meritis factum est.

Ad secundum dicendum, quod sicut dispositio in via generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit in his, quæ successus perficiuntur: ita naturaliter perfectionem sequitur, quam aliquis iam consecutus est: sicut calor, quod fuit dispositio ad formam ignis, est effectus proficiens à forma ignis iam præexistente. Humana autem natura in Christo vni-
onem est persona Verbi à principio, absque successione. Unde gratia habitualis non intelligitur, ut præcedens vni-
onem, sed ut consequens eam, sicut quadam proprietates naturalis. Unde & Aug. dicit in Ench. quod gratia est quodammodo Christo homini naturalis.

Ad tertium dicendum, quod commune est prius proprio, si vtrumque sit vnius generis. Sed in his, quæ sunt diuersorum generum, nihil prohibet proprium esse prius commune. Gratia autem vni-
onem non est in genere gratie habituales: sed est supra omne genus, sicut & ipsa diuina persona.

Unde hoc proprium nihil prohibet esse prius commune: quia non se habet per additionem ad commune, sed potius est principium, & origo eius, quod est commune.

Itera D. Thom. clara est, res vero ipsa, iam est in superioribus explicata.

DISPUTATIO XXII.

In duas Sectiones distributa.

De perfectione habituales gratie Christi.



Non est sermo de perfectione essentiali, seu specifica, de hac enim satis in superioribus diximus disput. 18. agitur ergo in præsentia de perfectione accidentis, & præsertim de ea, quæ est per modum in tensionis, nam de extensione huius gratie.

kk 3

tiæ

etiam multa etiam tractata sunt, & alia dicenda sunt in quæst. sequen. Diximus enim in Christo fuisse omnes habitus, & omnes operationes gratiarum, quæ ad perfectionem pertinent, dicimus vero inferius hæc gratiam esse principium sanctificandi alios, quæ omnia ad extensiuam perfectionem pertinent. Nonnulla vero alia hic obiter attingemus.

SECTIO I.

Utrum gratia Christi sit infinita.

SOlet gratia distinguui, in rationem qualitatis, vel in esse gratiarum, iuxta quam distinctionem tres esse possunt opiniones. Prima, ut hæc gratia sub vtraque ratione sit infinita. Hanc tenet Maior in 3. d. 13. q. 3. ubi Almain. eam probabilem reputat. Fundamentum eius est, quia non implicat contradictionem fieri gratiam in esse qualitatis intensiue infinitam, ergo data est Christo. Antecedens supponitur ex materia de infinito, nunc solum ita declaratur, quia Deus potest gratiam in infinitum intensiorem facere, ergo tota latitudo gratiarum quam Deus comprehendit ut possibilem, completitur infinitis gradibus gratiarum; nam si essent finiti, ad illos posset terminari augmentum gratiarum, ergo infinita illa gratia possibilis est, ergo non repugnat quod illam Deus conferat creature. Prima vero consequentia probatur, quia Christo debetur gratia habitualis perfectissima propter vnionem, & non debetur in aliquo gradu finito; quia cum gratia vnionis sit infinita, & altioris ordinis, excedit quemcunque gradum finitum habitualis gratiarum, & ideo ex parte illius non potest signari terminus in gratia habituali, ergo si hæc gratia infinita possibilis est, nulla ratione negari potest, datam esse Christo.

Secunda opinio omnino contraria est, gratiam Christi esse omnino finitam, tam in qualitate ipsa, quam in esse gratiarum. Hanc tenent Scot. & Dur. in 3. dist. 13. quæst. 1. & Albert. art. 7. Fundamentum esse potest, quia in gratia non distinguuntur esse qualitatis, & esse gratiarum, quia illa qualitas ex sua specificitate, & essentiali ratione est gratia. Nec fingi ibi potest aliquod esse gratiarum, nisi quod illa qualitas confert subiecto in quo inest, ergo si qualitas illa finita est, etiam ipsum esse quod ipsa habet, vel subiecto confert, finitum esse necesse est. Et confirmatur, nam illa qualitas existens in animam Christi, tam in esse qualitatis quam in esse gratiarum, potest esse perfectior, potest enim intendi in gradibus ipsius qualitatis: si autem intenderetur necessario redderet pulchriorem ipsam animam, & proportionatam, & acceptam ad maiorem gloriam, ergo faceret animam magis gratam, ergo ageretur ipsa in esse gratiarum, sicut in esse qualitatis, est ergo vtraque ratione finita.

Tertia sententia est, gratiam illam in entitate, & gradibus intensiōis esse finitam, tamen in ratione gratiarum esse aliquo modo infinitam. Hæc videtur esse opinio D. Thomæ in his articulis, ut illum exposuimus, & videtur esse communior sententia & vera, oportet tamen eam conuenienter exponere, præsertim quoad posteriorem partem.

Dico ergo primum Gratia habitualis in Christo est infinita in entitate sua, & intensiōe quam in subiecto habet, ita D. Thom. & tota eius schola. Palud. in 3. dist. 13. quæst. 1. art. 2. & art. 4. concl. 2. Bonau. & Ricard. art. 1. q. 2. Almain. q. 1. Gabr. quæst. 1. art. 2. Capr. q. 1. art. 1. concl. 2. & art. 3. in princ. Marfil. in 3. q. 10. Ocham. q. 7. Scot. Dur. & Albert. locis citatis.

Duobus autem modis potest hæc assertio fundari. Prior erit si non supponamus esse impossibilem qualitatem gratiarum infinitè intensam. Sic enim aliqui contendunt etiam si gratia infinitè intensam in esse qualitatis possibilis sit, nihilominus datam non esse Christo ut homini, quia nec fuit necessaria ad finem redemptionis, nec per se fuit debita ratione vnionis. Primum per se notum est, quia infinitas meritum

Christi, & æquitas ac rigor iustæ satisfactionis eius, non est fumendus ex infinita qualitate gratiarum, imo (ut ex dictis supra, quæst. 1. artic. 2. constat) nec sola illa infinitas fuisset sufficiens ad totum illum valorem moralem, qui fuit in operibus Christi; neque illam fuit necessaria, quia satis fuit infinitas personarum, & dignitas, quam gratia ipsa creata in esse gratiarum, & omnes Christi operationes in esse meriti & satisfactionis inde participarunt. Secundum probatur, quia, ut D. Thomas hic ait, artic. 12. mensura dispositionis seu formæ sumenda est ex fine & mensura proprietatis ex principio, à quo manat: sed vnio, propter quam datur gratia habitualis, vel ut dispositio ad illam, vel ut proprietates debita ratione illius hæc, inquam, vnio est simpliciter finita physice seu in genere entis, ergo illi tantum respondet gratia finita in genere qualitatis, quia Deus, qui omnia in pondere & mensura constituit, optimo ordine ac proportionem omnia perscrutat, & non confert infinitum aliquid sine necessitate aut ratione sufficiente. Minor probatur, quia illa vnio est modus quidam realis creatus, atque adeo simpliciter finitus in essentia: nam licet secundum quid, seu negatiue infinitus, in quantum nulla potest esse perfectior vnio, licet in infinitum multiplicentur; absolute tamen finitum quid est essentialiter, ut per se constat; intensiue autem non est infinita, quia est indiuisibilis, & non recipit magis & minus.

Sed hic dicendi modus mihi probari non potest, fateor equidem non colligi euidenti consequentia, si gratia habitualis potest esse actu infinita intensiue, datam esse animæ Christi, quia sine dubio potuit Deus illam non conferre, ut de tota ipsa gratia supra dictum est: censeo tamen tanta probabilitate colligi, quanta colligimus, ex vi vnionis Christo fuisse debitam perfectissimam gratiam, & gloriam à principio conceptionis, & alia similia dona. Hoc autem non colligimus ex aliquo fine extrinseco, ut redemptionis, vel alio simili: nam ad hunc finem non erat necessaria infinita gratia, ut argumentum factum probat, & de facto omnes fatemur. Neque hoc quidquam ad præsens refert, nam multas perfectiones habuit Christus, quæ per se necessariae non erant ad finem redemptionis, ut gloriam à principio conceptionis suæ, scientiam infulsam & similes, quas habuisse dicimus propter se, & propter earum perfectionem, tanquam proprietates decentes talem personam. Ad hunc ergo modum dicimus habitum fuisse infinitam gratiam habituales, & infinitum lumen gloriæ, & infinitam visionem & dilectionem Dei, si hæc essent possibilis. Probat primo ratione supra innuata, quia nullus gradus finitæ perfectionis potest in his proprietatibus assignari ita conueniens & decens dignitatem personæ Christi, quin maior perfectio in eadem proprietate sit etiam decens & proportionata tantæ dignitati: ergo si possibilis esset infinita perfectio, illa sola esset, quæ haberet proportionem veluti ad æquatam; maximeque connaturalem cum tali dignitate.

Dices. Hoc argumento probatur, de facto nullam gratiam finitam potuisse conferri Christo; sed ad hoc responsum est non esse simile, nunc enim verum est, nullam gratiam finitam ex se esse plenè ad æquatam dignitati Christi, tamen, quia nulla dari potuit summa possibilis absolute, necessarium fuit ex ordine sapientiæ diuinæ in certo aliquo gradu constitui, in quo solo esset possibilis secundum legem Dei ordinariam, & haberet conuenientem proportionem cum tali mysterio, consideratis alijs rationibus diuinæ providentiæ. Quod necesse est fateantur omnes, qui dicunt, gratiam Christi non fuisse simpliciter summam, sed ex se potuisse augeri in infinitum, secundum potentiam Dei absolutam: quia ex sola natura physica, ut sic dicam, non potest assignari aliquis gradus gratiæ habitualis finitæ, qui sit

conna

1. Opinio.
Maior.
Almain.

2. Opinio.
Scot.
Albert.

3. Opinio.

1. Concil.
D. Thom.
Palud.
Capreol.
Bonau.
Richard.
Almain.
Dur. and.
Albert.
Scot.

connaturalis & debitus Christo ratione suæ dignitatis, & quod in maiori gradu esset excedens & superans dignitatem talis personæ. Est enim hoc per se incredibile, & statim amplius impugnabitur. Vnde confirmatur ratio facta, nam si gratia esset possibilis in summo gradu finito, ita ut fieri posset tam intensa gratia, ut intensior esse non posset, etiam de potentia Dei absoluta, omnes fatentur, talem gratiam debitam esse Christo, & in illo reperiri, siue fingatur esse maioris intentionis, quam sit ea gratia quæ nunc habet Christus, siue non; id enim censetur impertinens, sed ut sit illi subiecto debita, satis est, quod sit summa; ergo, etiam si esset infinita, esset debita eodē proportionis & connaturalitatis debito, quia esset summa. Et ratio est, quia gratia est in Christo, ut in subiecto proprio & connaturali, vel etiam ut in subiecto superexcedente, qualitas autem petit, ut sit in summo gradu, saltem in proprio & connaturali subiecto, & a fortiori in subiecto excedente, quod maiori ratione virtute continet omnem perfectionem & intentionem talis proprietatis.

Atque hinc ulterius formari potest ratio à priori: nam radix huius gratiæ in Christo est infinita, ergo ex se postulat infinitam gratiam, si illa est possibilis; ergo ex vi debiti & connaturalitatis, tota illa danda fuit, & data censenda est, si possibilis existimatur. Nec ratio facta, quod unio est finita, quidquam valet. Primo quidem, quia, si est sermo de finito in essentia, etiam gratia infinita intensiue, esset finita in essentia, & ita ex hac parte non est improprio: si verò est sermo definitio in intentione, unio, nec finita, nec infinita dici potest, quia in ea ratione quantitatem non habet, sed indiuisibilis est; forma autē indiuisibilis potest ratione sui essentia esse tam perfecta, ut peccat qualitatem infinitē intensiue, si hæc possibilis est, utpote, si sit forma superioris ordinis, ut est illa unio, & quodammodo sine proportionē illa excedens proprietatem & qualitatem inferioris ordinis. Secundò, & maxime, quia hæc gratia & perfectio etiam non debetur Christo, ratione unionis præcisè sumptæ, ut quid creatum est, sed ut includit terminum incrementi, in trinitate componentem hanc hominem Christum; itaque debetur tanta gratia huic homini Christo, ratione suæ dignitatis personalis, quæ simpliciter infinita est. Hoc autem probatur, quia gratia non est proprie debita humanitati, sed huic homini: ergo debetur ratione dignitatis, & perfectionis huius hominis, ergo non solum ratione modi unionis, qui magis est proprietatis seu perfectio humanitatis ut sic, quam huius hominis ut sic, sed maxime debetur ratione dignitatis personalis huius hominis. Confirmatur primò, nam huic homini debetur hæc gratia, quatenus est filius Dei naturalis, non est autem filius Dei naturalis, humanitas, sed hic homo, nec est filius naturalis ratione unionis præcisè sumptæ, ut modus creatus est, sed ratione personæ increatæ, quæ hunc hominem componit, & reddit dignum omni supernaturali perfectione, ergo &c. Confirmatur secundò, quia visio beatifica non debetur naturæ, si proprie loquamur, quia actiones sunt suppositorum, debetur ergo personæ, ergo debetur ratione dignitatis personalis, ergo debetur in perfectione & intensione proportionata dignitati personæ, sed hæc est simpliciter infinita, ergo, si visio infinita possibilis est, tota illa debetur tali personæ: ergo & lumen gloriæ infinitum, & consequenter gratia infinita.

Sed dicunt, gratiam Christi non esse commensurandam personalitati, sed unioni, quia gratia datur ut perfectio naturæ, & vteleuans naturam ad nouum ordinem & genus operationum: principium autem operandi est natura, non personalitas ista. Sed hoc non rectè dicitur, alias eodem modo dici posset, gratiam habitualement non deberi ratione hypostaticæ unionis, quia illa unio, prout est modus crea-

tus in humana natura, non ordinatur proximè & per se ad operationem, sed ad componendam personam, & ad subsistendum: tamen hinc consequenter sic, ut illi personæ sic compositæ debeantur operationes, non tantum consentaneæ naturæ unitæ secundum se consideratæ, sed etiam dignæ tali personæ sic compositæ, & natura sic deificata per unionem ad personam increatam: huiusmodi autem sunt operationes ordinis diuini, & consequenter principia earum, atque adeò habitualis gratia, quæ est veluti radix omnium illorum principiorum seu habituum, & actuum. Denique licet personalitas non sit principium formale operandi, tamen constituit ipsum principium per se operans, unde etiam postulat naturam aptam ad operandum sibi proportionatam, unde personalitas diuina postulat per se & intrinsecè naturam diuinam, quod si vnienda est extrinsecè naturæ, postulat illam deificatam formaliter & in esse naturæ: & hoc est debitum isti personalitati. Et reuera hic est modus loquendi Sanctorum, ut patet ex omnibus adductis, & signatim ex Damasceno, 3. de fid. orthod. quem Diuus Thomas in tota hac questione imitatur, ut patet ex hoc articulo 1. & articulo 11. 12. 13. ubi ex dignitate Verbi diuini, & proprietatibus eius, colligit gratiam habitualement in Christo, & perfectionem eius. Quod si aliquando tribuitur unioni, ut reuera tribui potest, non est ut principali formæ ac radici, sed ut nexui seu conditioni, quæ secum necessariò adducit Verbum, & illud intrinsecè vnit naturæ, & in eo consistit summa excellentia illius doni, ratione cuius cætera debentur. Igitur gratia habitualis non tantum ratione illius unionis, sed maxime ratione Verbi uniti confertur humanitati Christi, sicut esse impeccabilem, & similes proprietates ratione Verbi uniti præcipue cōferuntur: ergo gratiæ intensio, si fieri posset commensuranda esset Verbo unito, unde, si possibilis esset infinita, tam connaturalis illi esset, sicut est ipsa gratia absolute dicta: illa ergo supposita sententia, non video, cur negandum sit, esse in Christo infinitam gratiam intensiue in esse qualitatis, esseque in eo actum amoris Dei infinitē intensum, & visionem Dei, quæ videat infinitē Deum, tam intensiue, quam extensiue, nam, si hæc non repugnant, optimè quadrant, & maximam proportionem habent cum illius animæ dignitate. Imò simpliciter videtur pertinere ad perfectionem operum Dei, ut sese alicui creaturæ illo perfecto modo possibili manifestet, & quod simili modo summo omni ratione creata, ab aliqua creatura ametur: ergo maxime hoc decebat fieri in illa anima seu naturæ, quæ deificata est per unionem, & quodammodo propria Dei effecta. Ad hæc, si Christus suis meritis assequeretur gratiam & gloriā, prout posset infinita gratia & gloria intensiue, si est possibilis, illis responderet, quia ex vi unionis, eius merita habent valorem condignum, & superexcedentem ad totum illud pondus gratiæ & gloriæ, nec esset villa ratio, cur ex diuina ordinatione, ad limitatū aliquod præmium essent illa merita referenda, sed totum id, quod posset secundum legem ordinariam esse debitum ex merito, est debitum & connaturale ex vi unionis: ergo. Alio ergo modo fundanda est conclusio posita, scilicet, quia gratia fieri non potest actu infinita secundum intentionem realem ac physicam seu gradualem. Hoc autem probari potest primo ex propria ratione ipsius gratiæ, quæ est facere gratū aut sanctum: creatura autem nunquam potest ita esse grata, & sancta, quin per opera fieri possit gratio, & sanctior, ergo signum est non esse capacem infinitæ gratiæ. Sed ad hoc facile responderi potest negando assumptionem: anima enim Christi per gratiam est ita grata ut gratiores esse non possit, idem ergo dici posset in suo genere de anima infinitè grata per gratiam actu infinitam. Nec refert quod talis anima posset opera sanctitatis multiplicare,

Kk 4

quia

Greg.
Gabriel

quia per ea non fieret sanctior, ut etiam patet in anima Christi, & suo modo in beatis, qui non sunt sanctiores, etiam si varia opera virtutis operentur: sicut enim illi ratione status non sunt capaces augmenti, ita si quis haberet gratiam actu infinitam, esset etiam augmenti incapax ratione infinitæ perfectionis talis formæ. Aliiter D. Tho. hoc probat ex subiecti incapacitate, quia anima cum sit creatura non est capax infinitæ perfectionis quæ ratio & per se difficilis est, & supponit rationes alias propter quas repugnat creaturæ infinita perfectio intensiva, ut supra exposuimus. Vnde qui dicunt gratiam secundum se & separatam posse esse infinitam, non verò inherenter in subiecto, ut sumi potest ex Capitulo in 3. distinct. 43. art. 2. conel. 2. Hi inquam non rectè loquuntur, ut docent Greg. in 1. dist. 17. quæst. 3. conel. 3. in fine, & Gab. ibi. q. 3. conel. 3. & 4. & in 3. d. 13. tum quia fieri non potest, ut accidens separatim, sit capax maioris intensiōis quàm inherens cum essentialiter dicat ordinem ad subiectum secundum omnes gradus suos, si ergo est infinitè intensum, secundum se totum est aptum inherere subiecto: tum etiam, quia si gratia actu infinita est possibilis, cum gradus eius inter se formaliter non repugnent, neque in eodem subiecto simul esse repugnabunt. Et propterea dixi, difficile esse ex incapacitate subiecti ostendere talem gratiam infinitam esse impossibilem quia anima de se capax est cuiuscunque gradus gratiæ, & omnium simul, si aliunde non repugnat infinitos gradus gratiæ simul produci, unde incapacitas animæ ad gratiam actu infinitam, videtur supponere talem formam actu infinitam de se esse impossibilem. Quocirca nullam inuenio propriam rationem, qua hoc ostendam, sed generalibus rationibus, utendum censeo, per quas ostendi solet, repugnare creaturam esse actu infinitam, tam in essentia, quàm in quantitate, vel intensiōe, quæ potissimum sumi solent ex incommodis, & repugnantibus rebus, quæ posito infinito sequi videntur: tum etiam ex ipsa ratione infiniti, quod cum sit quid confusum & indeterminatum, non videtur posse cadere sub certam & determinatam intentionem agentis, ut D. Th. 1. p. q. 7. argumentatur.

Et specialiter de infinitate intensiue qualitatis declarari potest, quia vel intensio fit per aggregationem plurium graduum similium in eodem subiecto, vel per radicationem, & proprium ac per se augmentum eiusdem qualitatis. Prior modus est falsus, ut ex Philosophia suppono, & præterea ex eo sequitur, si potest Deus congregare infinitos gradus gratiæ in eodem subiecto, eadem ratione posse in illo ponere omnes posibles, ita ut neque in illo, neque in alio subiecto possit alius gradus gratiæ fieri, quia nulla maior ratio repugnantia in hoc posteriori modo infinitatis, quem adæquatum vocat, reperitur, quàm in priori, quem vocant inadæquatum. At consequens est absurdissimum: quis enim intelligat Dei potentiam ita exhaustam, ut amplius non possit producere, vel simpliciter vel in aliquo ordine? aut quis admittat fieri posse, ut propter multiplicationem gratiæ in vno subiecto, non possit Deus alia subiecta gratificare? hic ergo modus infinitæ intensiōis impossibilis est. At, si veriori modo intelligamus intensiōem per radicationem & augmentum per se eiusdem qualitatis, tunc concipi non potest qualitas intensiva sine principio & fine, id est, sine primo & ultimo gradu. De primo ita declaro, quia augmentum per se in intensiōe qualitatis consistit in hoc, quod unus gradus per se supponit alium, & quoad hoc habent aliquam diuersitatem. Vnde fit, necessarium esse, ut sit aliquis gradus immediatè respiciens subiectum: quia unus non respicit subiectum, nisi mediantem illo, quem per se supponit: ergo necesse est ut aliquis sit quasi immediatus, & ille erit primus, quia alias non posset illa qualitas afficere subiectum, nisi

per aliquid sui immediatè respiceret illud, & quasi inciperet fundari in illo: ex illa ergo parte necesse est dari extremum & terminum in qualibet qualitate intensiva. Quod in hunc modum potest confirmari & declarari, quia Deus posset gratiam seu charitatem, quæ fingitur infinitè intensiva minuire in infinitè, sicut auxit infinitè, & illam relinquere in vnicuique tantum gradu, qui proximè respicit subiectum, & est quasi fundamentum cæterorum: ergo ex ea parte ille est primus & terminus illius qualitatis. § De alio verò extremo, quod etiam in illo necesse sit dari ultimum terminum probari in primis potest illa ratione, quod in per se ordinatis non potest intelligi processus in infinitum. Deinde quia Deus posset vnum gradum auferre ab illa qualitate, qui necessarii debet esse ultimus, quia intermedius non posset auferri, quin auferrentur omnes in eo fundati propter essentialè subordinationem, quam supponimus. Similiter posset Deus vnum gradum addere illi qualitati: ille ergo superadderetur ultimo gradui præexistenti.

Potest etiam adiungi ratio Theologica à posteriori, quia si gratia Christi esset actu infinita, etiam lumen gloriæ, & visio beatæ essent actu infinita: unde fieret consequens, animam Christi videre Deum, quantum visibilis est ex parte obiecti, videndo in illo quicquid ab eo fieri potest. Consequens autem esse falsum ostendimus infra, q. 10. Sequela verò patet quia gratiæ respondet gloria.

Dicitur fortasse aliquis, magis repugnare actualem visionem esse infinitam, quam habitum gratiæ, vel ipsum lumen gloriæ, quia ad visionem requiritur conatus actiue potentie, potentia autem finita non potest infinitum conatum adhibere: at verò in suscipienda gratia, vel lumine gloriæ, passivè tantum concipitur anima; & ideo non videtur similis ratio. Sed hoc non rectè dicitur, quia si habitui gratiæ, vel lumen gloriæ non repugnat intensio actu infinita, neque etiam repugnabit actui videndi quantum est ex parte illius, neque ergo repugnabit potentiam humanam eleuari ad eliciendum illum per habitum, seu principium infinitum, & auxilium proportionatè, quia intellectus non concurret ad illam visionem, iuxta mensuram naturalis perfectionis, sed iuxta mensuram auxilij, & forme, per quam eleuatur, & ideo veritas & proprius dicitur non concurrere per potentiam, & efficacitatem naturalem ut sic, sed ut habet in se potentiam obedientiam, quæ de se extenditur ad omne id, quod contradictionem non implicat.

Dicit secundò potest fieri posse, ut lumen, & visio animæ Christi sint infinita, & nihilominus non videat Deum quantum visibilis est, neque omnia, quæ in eo videri possunt: quia potest cognitio circa eandem omnino rem esse magis vel minus intensiva, per maiorem vel minorem conatum potentie; etiam si ex parte obiecti nihil amplius per vnam visionem, quam per aliam videatur, sicut in amoris actibus evidenter apparet. Respondetur, quicquid de hoc sit, de quo hunc disputare nolo, tamen si gratia potest esse infinita simpliciter, & talis fuit gratia Christi, etiam erit possibile lumen gloriæ simpliciter infinitum in omni intensiōe sibi possibili, id est, ut attingere potest totum Deum, & omnia, quæ in ipso, & per ipsum videri possunt: quia non magis repugnabit dari huiusmodi lumen infinitum, quam gratia simpliciter infinita; imò tali gratiæ proportionaliter respondet tale lumen, ex tali autem lumine sequitur visio infinita, non solum secundum quid per conatum potentie circa aliquod particulare obiectum, sed simpliciter circa totum obiectum primum illius visionis, quod est Deus ipse, & circa omnia quæ in illo continentur, & in illo videri possunt; huiusmodi autem visionem existimo esse impossibilem sine comprehensione Dei: quam repugnat facere intellectum creatum, ut infra latius q. 10. dicitur.

Dico

Mayfilius.
Alifed.

Dico secundo. Gratia Christi Domini, secundum quādam rationem, & dignitatem gratiæ dici potest infinita: ita D. Th. hic, & q. 29. de Verit. ar. 3. & ceteri autores præcedenti assert. citati, & Marfil. in 3. q. 10. artic. 1. in 2. p. illius, post 1. conclus. & Alifed. libr. 3. sum. tract. 1. c. 5. in fine. Potest autem dupliciter explicari hæc conclusio. Primo, ut illa gratia non dicatur simpliciter infinita vlla ratione, sed solum secundum quid, quia habet, quidquid pertinet ad bonum vsum, & operationem gratiæ, & quia se extendit ad omnes effectus gratiæ, cum enim omnes hi effectus sint finiti intensiue, non potest ex hoc capite vocari hæc gratia infinita simpliciter, sed hummū, secundū quid. Secundo, potest hæc infinitas explicari solum per quādam acceptationem, vel relationem extrinsecam, quatenus scilicet hæc gratia habitualis in Christo ad ipsam vnionem ordinatur, ut D. Thom. dicit ar. 12. ad 2.

D. Thom.

Sed in hoc considerandum est, ex sola acceptatione extrinseca ut sic, non conferri gratiæ propriam aliquam dignitatem, physicam, vel moralem ratione cuius possit dici infinita, tamen si hæc acceptatio, vel ordinatio non consideretur, ut merè extrinseca, sed quatenus per eam fit vlla gratia coniuncta sit aliquo modo diuinæ personæ, dici potest ex hac coniunctione habere hanc gratiam quēdam infinitum valorem & dignitatem, nō quia illi addatur aliquid physicum, vel reale distinctum ab ipsa, & a persona diuina, seu ab vnione humanitatis ad ipsam; nihil enim huiusmodi fingi, aut excogitari potest, sed quia secundum moralem æstimationē quandam dignitatem, & excellentiam habet ex hac coniunctione, sicut humanitas ipsa infinitam dignitatem habet ex vnione, ut D. Tho. loquitur 1. p. q. 25. ar. 6. ad 4. & sicut operationes Christi ex eadem radice, seu coniunctione habent infinitum valorem in esse meriti, ut in superioribus dictum est; illa enim vnio ad Verbum quasi eleuat, & nobilitat quidquid illi coniungitur iuxta vniuersumque modum & capacitatem. Vnde, quia opus bonum est meritorium, dat illi infinitum valorem in illo ordine; & quia opus pœnale est satisfactorium, dat illi infinitatem in genere satisfactiōis: quia ergo gratia ex propria ratione habet facere gratum, & dilectum, ideo per hanc vnionem accipit quandam dignitatem & valorem, ratione cuius censetur facere infinitè gratum, & hoc est habere quandam infinitatem in esse gratiæ in ordine ad vnionem. Quod rectè per affectus declaratur, nam hinc habet quod sit proximum principium infiniti meriti; quamuis enim gratia vnionis sit principalis radix huius quantitatis in merito, gratia tamen habitualis est veluti proximum principium eius. Et hinc etiam habet, ut possit influere in infinitos homines nam ad omnes potest extendi fructus eius, etiam si in infinitum multiplicarentur.

D. Thom.

Dices, implicat contradictionem creaturam esse infinitè gratam Deo, alias esset tam grata, sicut diuinitas, ergo multò minus ipsa gratia potest esse infinita in ratione gratiæ. Respondetur negando antecedens, sicut supra dicebamus de merito Christi, esse scilicet infinitum in ratione meriti; & ut sic infinita quadam ratione placere Deo: non tamen propterea æque placet, ac ipsa diuinitas, quia vnū est infinitū secundum quid, & alia simpliciter, sic igitur gratia vnionis est suo genere infinita, & reddit humanitatem infinitè gratam, licet non æquè atq; est grata diuinitas ipsa, quia hæc est grata per essentiam, illa per vnionem; vnde illa est infinita simpliciter, hæc secundum quid, si cum illa comparetur, quamuis in suo genere sit absolute infinita, & eodem modo gratia habitualis, ut coniuncta gratiæ vnionis, inde habet quandam infinitatem inferioris quidē rationis, in suo tamen genere infinitatem simpliciter.

Ad fundamentum primæ sententiæ, negatur gratiam actū infinitam fieri posse. Ratio autem ibi indi-

A cata attingit difficultatem tractandam sect. seq. Admittendo tamen, quod argumentum supponit, scilicet gratiam posse in infinitū augeri. Respondetur, totam gratiæ latitudinem, quam Deus comprehendit ut possibilem, non esse vnā aliquam certā gratiam, sed esse infinitas, seu in infinitū multiplicabiles gratias; quarum vna potest esse intensior alia, nulla autem earum cognoscitur, quæ esse possit actū infinita. Et similiter respectu eiusdem gratiæ cognoscitur illi posse additionem fieri in infinitum, non tamen illi posse fieri additionem simpliciter infinitam, sicut de quantitate cōtinua, vel discreta dicere necesse est. Quod si vrgeas de tota illa latitudine simul sumpta respectu eiusdem numero gratiæ. Respondetur illam verè non esse categoricè, seu actū infinitam, sed Syncategorematicè, seu in potentia, ut latius in simili explicabo, infr. quæst. 10. Et hinc fit, ut non possit tota simul actū cōuenire, in re ipsa alicui gratiæ, quia repugnat hoc rationi infiniti in potentia, & quia tota illa latitudo simul sumpta est quasi quid indeterminatum, quod nō potest cadere, ut sic sub actionem, & intentionem agentis.

Ad fundamentum secundæ sententiæ respondetur esse æquiuocationem in illo termino gratia in esse gratiæ nam si sit sermo de esse reali, & inhærente, quod ipsa gratia confert animæ, fatemur hæc gratiam etiam in esse gratiæ esse finitam, & eodem modo conferre animæ finitam pulchritudinem, & reddere illam proportionatam finitæ gloriæ: non autem ita loquimur de gratia quando dicimus illam esse infinitam. Alio ergo modo loquimur de esse gratiæ pertinēte ad dignitatem eius, prout ordinatur ad vnionem hypostaticam, illiq; cōiuncta est, & hoc non habet gratia habitualis ex natura sua, sed ex coniunctione ad vnionem: & ita distinguitur aliquo modo ab ipsa gratia in esse qualitatis, & ideo sub hac ratione potest esse infinita, quamuis qualitas ipsa finita sit.

Indicatur autem in confirmatione illius opinionis breue dubium, scilicet, an hæc gratia sub ea ratione qua infinita dicitur, possit augeri. Respondetur breuiter, intensiue non posse propriè augeri sub ea ratione qua infinita est, est enim contra rationem infiniti, ut crescere possit quatenus infinitum est, sicut supra dicebamus, vnum opus Christi non habere intensiue maius meritum quàm aliud, quia omnia sunt simpliciter infinita in ratione meriti: vnde si animæ Christi data esset intensior gratia, ut argueretur proponebat, esset quidem illa gratia maior ex ea parte qua finita est: tamen dignitas, quam habet gratia ex ordine ad vnionem, non esset maior in vna quàm in alia, & ex ea parte habet infinitatem, & ideo non cresceret, neque augeretur quatenus infinita est. Quod à posteriori etiam declaratur, quia non esset illa gratia principium maioris meriti, neq; efficacior ad sanctificandum alio, vel ad satisfaciendum pro peccatis, etiam si in infinitum multiplicetur, quam nunc sit gratia, quam habet Christus. Dico autem non posse augeri intensiue, & propriè, quia extensiue quodammodo augeri possit, ut si ordinetur ad vnionem non tantum cum persona Verbi, sed cum omnibus personis: & similiter quoad effectum, licet non possit esse principium maioris meriti quoad valorem, quam nunc sit gratia Christi: posset tamen meritum ab illa procedens ordinari, ut in plures haberet effectum, vel quoad efficaciam, vel etiam quoad sufficientiam: posset enim ordinare meritum, etiam ad salutem, seu remedium malorum Angelorum, quod nunc factum non est, sed hæc omnia sunt extrinseca, nam dignitas ipsius gratiæ in se verè non augeretur, ut ex dictis satis patet; & ita loquitur Diuus Thomas, quæst. 29. de Verit. artic. 3. & in 3. distinct. 13. quæst. 1. artic. 2. quæst. 2. & 3.

Vltimò tamen quæret hic aliquis, an sicut gratia

Dubium.

Responsio.

Dubium.
Chri.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

Christi dicitur infinita modo supra explicato, pos-
sit etiam charitas, vel alia similis virtus infinita appel-
lari. Nonnulli enim Thomistae hoc recusant conce-
dere, quia charitas, seu virtus ordinatur ad operati-
onem, & non ad ipsum esse personale, sicut gratia ha-
bitualis; operatio autem est finita, esse vero persona-
le est infinitum. Dico tamen etiam charitatem, & al-
ias virtutes Christi, praesertim morales, habere in
suo genere infinitatem quandam ex vnione ad Ver-
bum, quia ex illa etiam habent infinitam quandam
dignitatem, quia reuera etiam ordinatur ad vnio-
nem, vt sunt videlicet ad ornamenta & bonae dispo-
sitiones Verbi incarnati, sunt etiam principia infiniti
meriti. Et discurrendo per singulas id facile etiam
suaderi potest; nam iustitia, vel religio, in Christo
propter vnionem ad verbum, habet vt sit perfecta
iustitia respectu Dei, & perfecta gratitudo, seu gra-
tiarum actio aequalis beneficijs acceptis; haec autem
est infinita quaedam dignitas talis virtutis: simili mo-
do humilitas, vel obedientia, eo quod sunt Verbi
Dei, recipiunt quandam inestimabilem dignitatem,
quod enim intelligimus in ipsis operationibus, pro
portionali modo accommodandum est ipsis habi-
tibus, seu virtutibus; & eadem ratio est de reliquis
omnibus. Dices. Ergo eadem ratione omnia acci-
dentia humanitatis Christi ratione vnionis habent
aliquam infinitatem. Respondetur concedendo ha-
bere aliquam, sed non eodem modo, sicut enim su-
pra dicebamus, si Verbum assumeret irrationalem
naturam, illam habituram quidem ratione vnionis
quandam excellentiam, quatenus verè esset natura
Verbi diuini: quanquam illa dignitas non pertine-
ret ad moralem, & propriam sanctificationem talis
naturae, quia non est capax illius, sicut est natura ra-
tionalis: ita in proposito, accidentia omnia quate-
nus sunt aliquo modo coniuncta Verbo, habent in-
de singularem dignitatem, ratione cuius singulari
reuerentia, & veneratione tractanda sunt; quæ digni-
tas suo modo est infinita; tamen haec non in omni-
bus accidentibus pertinet ad dignitatem moralem,
quæ confert ad meritum, & ad valorem moralem
honestarum operationum, quia non omnia sunt ca-
pacia huius valoris, sed solæ operationes liberae; vel
principia earum, quatenus talia sunt.

SECTIO II.

*Verum gratia Christi fuerit tam intensa, & perfe-
cta, vt non possit fieri intensior, & ideo Christus
plenus gratia esse dicatur.*

Dvo sunt in quibus omnes Theologi conueniunt.
Primum est gratiam Christi fuisse tam inten-
sam, vt neq; in hominibus, neq; in Angelis aliqua il-
li aequalis reperitur; nec reperiri possit, secundum
potentiā ordinariam, & legem à Deo statutam. Hoc
enim de fide certum est, & sufficienter probatur te-
stimonij Scripturae & Patrum, quibus supra osten-
sum est, hanc gratiam fuisse in anima Christi, & alia
statim afferemus. Ratio etiam id conuincit: quia
cum Christus sit naturalis Filius Dei, & caput homi-
num, & Angelorum, decuit, vt haberet animam suā
perfectiori gratia & gloria ornata, quam omnis al-
ia creatura; iuxta illud Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius,
gloriam quasi vnguenti à Patre*; vbi Cyril. Aug. & alij
hunc locum ita interpretantur.

Ioan. 1.
Cyril. &
Aug.
D Thom.
Richard.
Durand.
Palud.
Alen.

Secundum est, soli animae Christi datam esse ple-
nitudinem gratiae simpliciter, quod etiam docet D.
Tho. his articulis, & alij Theologi in 3. d. 13. Ricard.
art. 1. q. 3. Durand. q. 2. Palud. q. 1. Gabr. dub. 1. Alenf.
3. p. q. 12. memb. 3. Et videtur etiam de fide certum,
vt colligitur ex verbis illis Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius,
gloriam quasi vnguenti à Patre*, plenum gratia & ve-
ritate: quo loco Erasmus, & Caietanus illam pleni-

tudinem non ad Christum, sed ad Ioannem referunt, *Exempl. 12*
ita constituentes litteram, vt sermo de Christo finia-
tur in illis verbis: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi*
vnguenti à Patre, & postea incipiat sermo de Ioanne
hoc modo: *Plenus gratiae & veritatis Ioannes testimonij*
perhibet de ipso, &c. qui soli moti sunt, quia in Graeco
nomen *πλην* masculinum est, & in nominatio
ponitur, & idem non videtur posse constitui cum an-
tecedentibus, sed cum sequentibus. Sed est plura
temeraria expositio contra communem usum, &
sensum totius Ecclesiae, & contra omnes antiquos
Patres, & contra contextum, statim enim subditur
Ioannem Baptista testificatum esse de Christo, *de*
plenitudine eius omnes accepimus. Vnde videtur Ioan-
nes Evangelista, in confirmationem eius quod dixe-
rat, Verbum carnem factum fuisse plenum gratiae
& veritatis, Ioannis Baptista testimonium adduxisse.
Quod autem nomen *πλην* masculinum sit, non
refert, quia nomen *πλην* cum quo Graecè constitui-
tur, etiam est masculinum: quod verò nominatiui
casus in Graeco sit non stat, varia enim in Graecis ex-
emplaribus habetur lectio; & Cyril. lib. 1. in Ioan. c.
17. & Chrysost. homil. 11. in Ioan. & Orig. homil. 2.
in Matth. circa finem in accusatiui casu legisse vi-
dentur. Si autem in recto legatur (vt frequentius fit)
coniungenda est lectio hoc modo, habitaui sermo in
nobis plenus gratiae & veritatis; reliqua autem ver-
ba per parenthesis sunt interponenda, scilicet, *Et vi-*
dimus gloriam eius, &c. non est ergo dubium, quin ple-
nitudine gratiae hoc loco Christo tribuatur, & talis
plenitudo, quæ omnes alias superat, cum reliqui ex
plenitudine eius accepisse dicantur.

Quæ autem fuerit illa plenitudo gratiae, non om-
nes eodem modo exponunt; nam Cyrillus & Ori-
genes supra ad plenitudinē diuinitatis, quæ in car-
ne apparuit per mira opera, & facta diuinitatis, hoc
referre videntur, à quo sensu non multum distat A-
thanasius in epist. de Synodo Arimin. non longè à si-
ne, & lib. de humana natura suscepta, propè à prin-
cipio, Chrysostomus etiam dicta hom. 11. hanc ple-
nitudinem refert ad opera gratiae, tam miraculo-
rum, quam passionis, mortis, & aliarum virtutum,
quæ operatus est. Augustinus verò 33. de Ciuit. cap.
19. hanc plenitudinem gratiae refert ad ipsam vnio-
nem, tractatu autem 3. in Ioan. dicit, ipsam redem-
ptionem, & mortem Christi esse gratiam & verita-
tem nobis promissam, seu potius effectum eius seu
gratiam, quæ nobis communicatur, esse illam, quæ
plenus dicitur Christus, quia illam nobis promeru-
it, & in se continet, quæ omnia vera sunt, & in ple-
nitudine gratiae Christi continentur: non est tamen
dubium, quin in hac etiam plenitudine contineatur
summa abundantia, & perfectio gratiae habitualis,
quæ illi data est ratione vnionis, quomodo dixit
Aug. 15. de Trin. c. 26. Christum dictum esse plenum
gratia, quia plenus erat Spiritu sancto, & ad hunc
modum dicere videtur tract. 3. in Ioan. *Ille dedit legē,
qui dedit gratiam, sed legem per se uiam misit cum gratia, ipse*
venit, quod etiam tractat lib. 3. contra Maxi. c. 16.
& Damasc. lib. 3. de Fide c. 22. Dicitur est, inquit, illa hu-
manitas propter vnionem ad Verbum omni sapientia, &
gratia, & Orig. hom. 2. ex varijs ad finem, dicit hanc
plenitudinem, de plenitudine deificationis, & san-
ctificationis esse intelligendam. Quod exponens,
subdit Deificationis dico, quia homo & Deus in vnitate
vnus substantia adunati sunt: sanctificationis verò, quia
non solum de Spiritu sancto conceptus, verum etiam ple-
nitudine donationum eius repletus est: ac veluti in summi-
tatem mystici Ecclesiae candelabri, gratiarum lampades in
ipso, & de ipso fulgere. Quod etiam confirmari potest
ex illo ad Colos. In eo complacuit omnem plenitudinem
inhabitare, vt sit ipse in omnibus primatum tenens. Si ergo
omnis plenitudo in Christo inhabitauit, ergo &
gratiae plenitudo, quæ post gratiam vnionis digni-
ssima est, cuius plenitudo gratiae respondet: & hoc
con-

Chrys. &
Orig.

Athan.

Chrys.

Aug.

Damasc.

Orig.

Paul.

confirmant etiam illa testimonia, in quibus dicitur A
plenus Spiritu sancto: vt Luc. 4. Et singulariter dilectus
a Patre. In quo sibi bene complacuit, Matth. 3. vnde Ioan.
1. singulariter dicitur descendisse, & mansisse super
eum Spiritus sanctus: quæ omnia non solum de lan-
ctificatione per gratiam vnionis, sed etiam per ha-
bitualem à sanctis exponuntur, & satis indicant sin-
gularem, & propriam plenitudinem gratiæ Christi,
quam etiam confirmant adducta in principio huius
sectionis, & latius supra disput. 18. & fere omnibus
sequentibus. Neque in hoc difficultas alicuius mo-
menti occurrat, quæ inter explicandos articulos D.
Tho. soluta non sit.

Solum est aduertendum, quod D. Tho. art. 10. no-
tauit, interdum in Scriptura sacra tribui plenitudi-
nem Spiritus sancti, seu gratiæ alijs sanctis, vt Beatæ
Virgini, Ioanni Baptista, &c. non tamen eodem sen-
su, aliquando enim hoc genere locutionis, nõ signi-
ficatur in Scriptura certa aliqua dignitas, vel excel-
lencia gratiæ, sed solum confusio, seu in genere ma-
gna abundantia, seu perfectio sanctitatis, quæ non so-
lum in magna intensiõne consistere potest, sed etiam
in quadam extensione ad omnia opera virtutis, &
ad omnes facultates hominis, vt dicitur aliquis ple-
nus gratiæ & virtute, quando in omnibus sermonib.
& actibus eius singularis virtus apparet, & in omni-
bus suis potentiis est ita moderatus, vt gratia Spiritus
sancti in omnibus perfectus videatur. Quomodo
intelligi potest illud ad Eph. 3. Vt impleamini omni
plenitudine Dei, &c. & illud Luc. 1. vbi dicitur, Reple-
ta Spiritu sancto Elisabeth. Sicut in eodem sensu inter-
dum dicitur aliquis repletus ira, aut malitia; vt Lu-
4. Repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes: &c.
6. Repleti sunt insipientia, ad Ro. 1. Repleti omni iniquita-
te, &c. & in communi, seu vulgari sermone hoc mo-
do loquendi vtimur ad significandum aliquem re
aliqua vel perfectione abundare.

Aliquando verò plenitudo significat eximiam a-
liquam perfectionem gratiæ, quæ ad æquet statum,
vel munus, aut dignitatem suscipientis, plenè enim
proprie dicitur, quod tantum habet, quantum cape-
re potest, & ad hunc modum plenus gratia dicitur,
qui habet eximiam aliquam gratiam proportiona-
tam dignitati, vel muneris, in quo à Deo constitutus
est, & hæc plenitudo cum respectu sit, potest esse
multiplex, & maior, vel minor iuxta veritatem sta-
tutum, vel dignitatum, cum quibus sit comparatio,
& hoc modo alia est plenitudo B. Virginis, alia Ioã.
Baptistæ, &c. omnis verò hæc plenitudo est respec-
tibus, & secundum quid, Christi verò plenitudo, est
plenitudo simpliciter, quia licet gratiæ Christi ple-
nitudo etiã fuerit proportionata dignitati perso-
næ, & vnionis, tamen quia illa dignitas personæ erat
suprema omnium, & eminenter omnes alias conti-
nens, ided talis plenitudo respectu in plenitudine
simpliciter redundauit, vt bene notauit Orig. hom.
29. in Lucam, & Caiet. hic art. 10. ad 1. Ex hinc etiam
factum est, vt hæc plenitudo sit quanta esse potest,
non tantum ex parte obiecti, sed etiam ex parte for-
mæ, quia scilicet in Christo peruenit gratia ad totã
intensionem, & perfectionem, quam secundum se ha-
bere potest, saltem secundum legem ordinariam, &
hoc modo dixit Chryf. ho. 7. ad Col. Christum habere
plenitudinẽ, quia habet totum. Plura de hac diuerfi-
tate & varietate plenitudinis gratiæ legi possunt in
Alex. Alenf. 3. p. q. 12. memb. 3. Palud. in 3. d. 13. q. 1. ar.
2. Durand. q. 2. Gab. q. 1. ar. 3. dub. 1.

His ergo existentibus certis, vnum est, quod inter
Scholasticos controuertitur, an scilicet hæc Christi
gratia de potentia saltem absoluta potuerit esse in-
tensior, & sermo est de qualitate ipsa, & de esse phy-
sico, & reali eius, in quo diximus esse finitam; nam
de alia ratione sub qua infinita est, iã supra satis di-
ximus. In qua re varietas sententiæ. Prima est, nõ

posse gratiam Christi esse intensiorem, neq; in anima
Christi, neq; in vlla alia creatura. Ita tenet Scot. in 3.
di. 13. §. Ad primam q. Durand. q. 1. Marf. q. 10. ar. 1. in 3.
pillius concl. 1. Caiet. hic art. 9. 10. & 12. & infr. q. 10. ar.
4. & 2. q. 24. ar. 7. & inclinatur Palud. in 3. d. 13. q. 1. idẽ
Durand. in 1. d. 17. q. 9. vbi Carthus. q. 8. in charitate ait
dari summum gradum possibilem, citatq; Henric.
Aegid. & Palud. imò ait vix aliquem, præter D. Tho.
sensisse contrarium. Pro hac verò sententia nullum
ferè inuenio fundamentũ, quod negotium possit fa-
cessere. Solum n. fundari potest in hoc, quod gratia
cũ sit forma creata intrinsecè limitata est, ergo tan-
tum est capax finitæ perfectionis, ergo si ad illã per-
ueniat, non potest ultra progredi. Et confirmari po-
test, quia gratia data est Christo ratione vnionis, er-
go dari debuit summa quæ esse potest, cum dignitas
vnionis sit summa propter quam dari potest.

Secunda sententia est, illam gratiam non posse ef-
se maiorem in anima Christi, nõ quia gratia ipsa de
se ita sit terminata, vt nõ possit vlla ratione cresce-
re, seu esse maior, sed quia capacitas animæ ita est fi-
nita, vt nõ possit nisi tantam gratiam suscipere; vn-
de in subiecto capaci, verbi gratia, in Angelo, nõ
repugnaret esse maiorem. Ita opinatur Bonau. in 1.
d. 17. 2. p. d. ar. 1. q. 4. & Ricard. ibid. ar. 2. q. 4. quamuis
hi duo auctores in 3. aliter de anima Christi sentiant,
vestitum dicam. Tenet verò etiam opinionem Dur-
and. in 3. d. 13. q. 1. Carthus. q. 2. Dried. tract. 2. de Capitiu.
& redempt. gen. hum. c. 2. p. 6. sent. 8. Sed si confide-
rentur, quæ præced. sect. dicta sunt, parum probabi-
lis est hæc sententia; tum quia capacitas hæc gratiæ
æqualis est in omni creatura intellectuali, loquẽdo
de capacitate remota, quæ est in ipsa natura secundũ
se, quia est capacitas obedientialis, quæ non mensu-
ratur ex perfectione naturali subiecti, sed de se in-
differens est ad recipiendum omne id, quod non re-
pugnat; & ideo licet hæc capacitas sit finita, quatenus
inãnitam formam suscipere non potest, vt supra di-
ximus circa art. 11. D. Tho. tamen quodammodo et-
iam est infinita obedientialis; vt loquitur idem D.
Tho. q. 29. de verit. ar. 3. ad 3. & cum eo Canre. in 3. d.
13. ad 3. Aureoli: tum etiã, quia, vt supra diximus, &
colligitur ex Scoto loco supra citato, potentia capax
alicuius formæ sibi non contrariæ, sed potius accõ-
modatæ, & perficientis ipsam, de se capax est ad reci-
piendam telem formam in quocunq; gradu, & salte-
ex parte eius non est repugnantia, neq; vlla ratio aut
fundamentum eius assignari potest.

Minus verò probabile est, quod Bonau. & Ricard. Bonau.
affirmant in 3. d. 13. ille in 2. p. d. ar. 1. q. 2. hic verò q. 2. Ricard.
ad 1. scilicet quãcumq; puram creaturam, siue An-
gelum, siue rationalem animam esse capacẽ gratiæ
vsque ad certum gradum: ita vt de potentia absolu-
ta non possit recipere maiorem, & nihilominus ani-
mam Christi vnitam Verbo factam esse capaciorem
intensioris gratiæ, quam esse possit in aliqua pura
creatura, & in ipsamet anima Christi, si non esset vn-
ita Verbo, hos enim & sine fundamento dictũ est,
& nullo modo intelligi potest, nam licet congruen-
tia ad recipiendam maiorem gratiã possit esse ma-
ior ratione vnionis, sicut & capacitas proxima, quæ
est per actum vel dispositionem propriam augeri
possit (vt loquitur D. Thomas 2. 2. q. 24. artic. 7.) D. Thom.
tamen capacitas remota, & quasi fundamentalis,
quæ est in natura ipsa, nec crescere potest, nec muta-
ri, quia hæc nihil aliud est quam entitas naturæ, cui
talis perfectio nõ repugnat. Et deinde multo minus
intelligi potest, quod per vnionem augeatur, cum
Verbum ipsum, nec possit cõcurrere per modũ po-
tentæ passivæ ad suscipiendam gratiam, nec aliquo
modo immoret ipsam animam secundum entitatẽ
naturalem eius, vt capaciore illam faciat, & gratia
hæc non aliter inhæreat illi animæ, quam si per se ef-
set separata. Adde, quod si illa anima capaciore fieret
per vnionem, sicut vnio est infinita, ita illa capacitas
infi-

infinite augeretur, ergo vel haberet illa anima infinitam gratiam, vel certe posset in illa gratia in infinitum augeri, quod isti autores non concedunt.

3. sententia.

Tertia sententia referri hoc loco potest, quæ affirmat, habitum gratiæ aut charitatis potuisse esse intensiorem quam sit in anima Christi, non verò actum, quia hic habet terminum in vnaquaque creatura rationali iuxta capacitatem eius, unde fit ut ipse habitus quatenus proportionatus actui augeri non possit. Ita Almai & Pet. de Alciaco in 3. distin. 13. q. 1. quod non displicet Gabrieli, ibidem art. 1. Fundamentum horum est, quia ad recipiendam gratiam anima tantum passivè concurret, & ideo potest recipere quantum voluerit Deus facere; at verò ad actum concurret actiue, conatus autem ad efficiendum in potentia finita habet terminum. Sed hoc fundamentum supra lect. præced. reiectum est, quia vis activa istarum potentiarum ad supernaturales actus, non mensuratur ex naturali perfectione subiecti, sed ex virtute infusa, & motione diuina, per quam potentia eleuatur, ut supra naturales vires operetur, ergo efficientia istorum actuum non terminatur per naturalem conatum potentie: alias omnino non posset naturalis potentia efficere huiusmodi actus, quia conatus naturalis secundum se ad illos non extenditur. Sicut ergo per habitum, & auxilium eleuatur potentia ad substantiam talium actuum efficiendam, ita per habitum intensiorem, & maius auxilium, poterit efficere intensiorem actum, & si non datur terminus in intensione habitus, & augmento auxilij, nec dabitur in eleuando potentiam non solum ad recipiendum, sed etiam ad agendum.

4. sententia.

Quarta sententia est, gratiam animæ Christi esse summè intensam, quæ ex natura gratiæ esse potest, atq; aded augeri non posse intra limites sue naturæ, seu in statu sibi naturali, quāquam Deus per extrinsecam potentiam possit illam augere. Hæc tribuitur D. Tho. hic art. 12. & Capreol. in 3. d. 13. ad argumentum contra secundam conclusionem; sed Capreol. nihil aliud dicit quàm D. Thom. Diuus autem Thomas nunquam assignauit terminum ex natura ipsius gratiæ, sed ex ordine diuinæ sapientiæ, ut in superioribus explicatum reliquimus. Nec pro hæc sententia probabile video fundamentum, nam si hæc gratia potest esse maior, & non habet terminum in ordine ad absolutam potentiam Dei, cur dicitur habere illam ex natura sua? cum neq; ex parte subiecti, neq; ex parte obiecti (si de charitate loquamur) neque ex aliquo alio capite possit hic terminus assignari. Primum patet, quia gratia nulli subiecto creato est conaturalis, unde neq; alicui formæ, seu naturæ finitæ commensuratur, ergo ex parte subiecti non habet terminum. Secundum patet, quia obiectum est omnino infinitum, quod non adæquat charitas finita in quocūq; gradu existat, ergo neq; ex hac parte habet terminum: aliunde verò hæc gratia est participatio quædam diuinæ naturæ, quodammodo eiusdè ordinis, & quātumuis crescat, & illam magis ac magis participet, nunquam tamē attingit terminum possibile illi participationis, ergo sicut ipsa gratia natura est, ut sit supernaturalis infinite naturæ participatio: ita tota illa latitudo est illi conaturalis, ergo. Dicendum est igitur, quāquam Christi gratia fuerit tam intensa, ut iuxta ordinem diuinæ sapientiæ nulla intensior esse poterit, de potentia tamen Dei absoluta potuisse fieri intensiorem, tam in ipsa anima Christi, quàm in Angelo, vel in alia anima.

Vera sententia.

Ita est intelligenda sententia Diui Thomæ in his articulis, ut insinuat ab ipso art. 12. in corpore & ad 2. & infra q. 10. artic. 4. ad 3. & colligitur etiam ex 2. 2. q. 24. art. 7. ubi docet charitatem quantum est de se posse in infinitum augeri. Ita est etiam intelligendus Magist. in 3. d. 13. ubi idem sentit Gabr. artic. 1. notab. 3. & artic. 2. in princip. & Capreol. art. 3. ad 3. argumentum Aureoli contra secundam conclusionem; &

*Magist.
Gabr. &
Capreol.*

A in 1. d. 17. q. 2. concl. 2. & ibidem Gabr. q. 8. conclus. 3. Greg. 4. & Greg. q. 6. conclus. 3. & Oham. q. 8. conclus. 1. Oham. & in 3. q. 7.

Fundamentum huius conclusionis iam indicatum est, & explicatur breuiter, quia huiusmodi augmentum in infinitum, nõ repugnat gratiæ, hoc solo quod forma accidentaliter est essentialiter finita, quia non omnis progressus in infinitum repugnat formæ finitæ, ut patet in quantitate, quæ in infinitum augeri potest, neque enim in augmento intensiōis est specialis aliqua repugnancia quando alioquin forma intensibilis est, quia neq; per se tendit, & illi nunquam adæquatur, ergo. Et cōfirmatur, quia visio Dei finita semper augeri potest, ut infra dicitur, gratia verò est quædam forma, cui est conaturalis illa visio, propter quod dici solet, gratiam esse acceptationem ad gloriam, potest ergo ipsa gratia in infinitum crescere, sicut & ipsa gloria. Cōfirmatur secundo, quia nulla potest assignari ratio, propter quā repugnet, hominem habere huiusmodi gratiam, quantumuis perfectam, mereri augmentum illius & beatitudinis. Dices. Eodem argumento probaretur potuisse Christum mereri augmentum suæ gratiæ, & gloriæ. Respondetur. De absoluta potentia concedo, nec videtur posse in hoc dubitari: quia opera eius dignissima erant, & poterant ad hunc effectum ordinari, tamen de facto & secundum legem ordinariam non fuit hoc expediens, quia secundum ordinem diuinæ sapientiæ conueniens fuit definiri aliquem gradum gratiæ & gloriæ, quem illa anima perpetuo haberet, quia non decuit ut esset in perpetuo motu, vel augmento, hoc enim est præter statum beatitudinis connaturalem, debuit ergo definiri aliqua certa intensio, seu perfectio, in qua perpetuò quiesceret, quæ cum ex natura rei definita non sit, ut diximus, & infinita simpliciter esse non possit, ut etiā dictum est, debuit per diuinam sapientiam definiri: fuit autem multo conuenientius, ut totam illā perfectionem gratiæ, quam perpetuò habitura erat, simul à principio haberet consummatam & perfectā.

Ad fundamenta omnium opinionum, partim interreferendum ipsas opiniones, partim confirmando nostram sententiam satis responsum est.

Sed quæres primò, quanta sit hæc intensio gratiæ Christi, quantumq; exsuperet aliorum hominum vel Angelorum gratias. Respondeo, hoc minime posse constare: verisimile tamen esse, tantā esse hanc vnicam gratiam animæ Christi, ut omnes alias in se complectatur, & excedat, ita ut si concipiamus ex omnibus aliorum hominum, & Angelorum gratijs inter se coniunctis vnā confurgere habentem omnes illos gradus intensiōis, intensio gratiæ Christi totam illam vel æquat, vel superat. Ratio est, quia si dignitas animæ Christi Verbo vnitæ secundum se consideretur, digna erat summæ gratiæ, si esset possibile, quia verò hæc impossibilis est, definita est per diuinam sapientiam summa quædam gratia, quæ maximè esset consentanea dignitati, & muneribus Christi, tota verò illa intensio optima ratione conuenit Christo; tum propter dignitatem personalem: tum quia est vniuersalis fons gratiæ, in quo tota debuit congregari, quæ in alios erat diffundenda, ergo redibile est ita factum esse, quia iuxta regulam August. lib. 3. de liab. c. 5. id quod vera ratione melius esse occurrerit, id credendum est fecisse Deum: & ideo Bernard. fer. de Natiuit. Mariæ, dicit Christum fuisse

fuisse plenū vt fontē, Mariā vt aquē ductū, alios vt riuulos, & ad hoc solet accōmodari illud Pl 13. Sicur ynguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius; hoc enim ynguentum gratiam significare satis in superioribus ostensum est. Vnde multa ex testimonijs adductis hoc confirmant, præcipuē illud, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnguenti à Patre: & illud ad Colof. 2. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, verē, vt Theodoret. & Anselm. exponunt. De quolo so videri etiam potest Augustinus epist. 57. Hinc Bonauen. in 3. d. 13. q. 2. ait, gratiam Christi incomparabiliter excedere gratias aliorum. Alti fiod. vero lib. 3. summ. titul. 1. cap. 5. ait, excedere super omnem proportionem. De hac vero re dicit latior sermo cum sequente tomo similem questionem de gratia Virginis disputabimus.

Obiisio.

Responsio.

Sed quæres secundo, an quod dictum est de intentione gratiæ, intelligendum etiam sit de donis & virtutibus, quæ illam comitantur. Respondetur idē omnino esse de illis sentiendum, est enim eadem ratio de illis omnibus, cum sint eiusdem ordinis, & gratiam ipsam comitentur quodammodo vt proprietates, vel facultates illi proportionatę, vnde cū in Christo sint omnia hæc dona supernaturalia in summa propor. iōe, sicut gratia est summa; ita & charitas, & reliquæ virtutes omnes.

QVÆSTIO. VIII.

De gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.



Emde considerandum est de gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ.

Et circa hoc queruntur octo.

Primo, vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

Secundo, vtrum sit caput hominum,

quantum ad corpora: vel solum quantum ad animas.

Tertio, vtrum sit caput omnium hominum.

Quarto, vtrum sit caput Angelorum.

Quinto, vtrum gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius secundum quod est quidam homo singularis.

Sexto, vtrum esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo.

Septimo, vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

Octauo, vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum.

Disputauit D. Thom. de gratia Christi, prout est formalis perfectio eius, nunc de illa tractat, prout est principium gratificandi alios, & quoniam hæc efficacia conuenit Christo quatenus est caput Ecclesiæ; ideo duo D. Thom. inquit in hac quæstione. Primum est, an hac dignitas capitis conueniat Christo, & quoniam caput dicitur respectum ad membra; simul inquit quorum sit caput. Secundum est, quæ sit gratia, per quam influit, seu operatur vt caput, hæc enim propriè gratia capitis dicitur.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.



Primum sic proceditur. Videtur, quod Christo secundum quod est homo, non competat esse caput Ecclesiæ. Caput enim influit sensum, & motum in membra. Sensus autem, & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influit nobis à Christo homine: quia sicut August. dicit in lib. de Trin. * nec etiam Christus, secundum Fr. Suarez, Tom. 1.

A quod est homo, dat Spiritum sanctum, sed solum in quantum est Deus. Ergo ei, secundum quod est homo, non competit esse caput Ecclesiæ.

2. Præterea, Caput non videtur esse aliud caput: Sed Christi, secundum quod est homo, est caput Deus: secundum illud prime ad Corinth. 11. Caput Christi Deus. Ergo ipse Christus non est caput.

3. Præterea, Caput in homine est quoddam particulare membrum influentiam recipiens à corde: Sed Christus est vniuersale principium totius Ecclesiæ. Ergo non est Ecclesiæ caput.

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 1. Ipsam dedit caput supra omnem Ecclesiæ.

b Respondeo dicendum, quod sicut tota Ecclesiæ dicitur vniuersum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diuersa membra habet diuersos actus (vt Apostolus docet Romanorum 12. & 1. ad Corinthios 12.) ita Christus dicitur caput Ecclesiæ, secundum similitudinem humani capitis. In quo tria possumus considerare, scilicet, ordinem, perfectionem, & virtutem. Ordinem quidem, quia caput est prima pars hominis, incipiendo à superiori. Et inde est, quod omne principium consuevit vocare caput, secundum illud Ezechiel. 16. Ad omne caput via adificasti signum prostitutionis tue: Perfectionem autem, quia in capite vigent omnes sensus & interiores & exteriores, cum in cæteris membris sit solus tactus: & inde est quod dicitur Isai 9. Senex & longæuius ipse est caput. Virtutem vero, quia virtus & motus cæterorum membrorum, & gubernatio eorum in suis actibus, est à capite, propter vim sensitiuam & motiuam ibi dominantem: vnde & rector dicitur caput populi, secundum illud 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Hæc autem tria competunt Christo spiritualiter. Primo enim secundum propinquitatem ad Deum gratia eius altior est, & prior, et si non tempore: quia omnes alij receperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius: secundum illud Romanorum 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secundo vero perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum: secundum illud Ioannis primo. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: vt etiam supra ostensum est. 9. præced. artic. 9.

D est *, Tertio virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ: secundum illud Ioannis 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus, et sic patet, quod Christus conuenienter dicitur Ecclesiæ caput.

c Ad primum ergo dicendum, quod dare gratiam aut Spiritum sanctum conuenit Christo secundum quod Deus, autoritativè: sed instrumentaliter conuenit etiam ei, secundum quod homo, in quantum scilicet eius humanitas instrumentum fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipsius ex virtute diuinitatis fuerunt salutifera: vt pote gratiam in nobis causantes, & per meritum & per efficientiam quantumdam Augustin. * autem negat Christum, secundum quod homo est, dare Spiritum sanctum per autoritatem: instrumentaliter autem, siue ministerialiter etiam alij Sancti dicuntur dare Spiritum sanctum: secundum illud Galat. 3. Qui tribuit vobis Spiritum, &c.

Ad secundum dicendum, quod in metaphoris locutionibus non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia: sic enim non esset similitudo, sed rei veritas. Capitis igitur naturalis non est caput aliud, quia corpus humanum non est pars alterius corporis: sed corpus similitudinariè dictum, id est, aliqua multitudo ordinata, est pars alterius multitudinis: sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuili: & ideo pater familias, qui est caput multitudinis domesticæ, habet supra se caput, rectorem ciuitatis. Et per hunc modum nihil prohibet, caput Christi esse Deum: cum tamen ipse Christus sit caput Ecclesiæ.

Ad tertium dicendum, quod in quantum Christus est homo, non potest esse caput Ecclesiæ, quia caput influit sensum & motum in membra. Sensus autem, & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influit nobis à Christo homine: quia sicut August. dicit in lib. de Trin. * nec etiam Christus, secundum Fr. Suarez, Tom. 1.

Ad quartum dicendum, quod Christus est caput Ecclesiæ, quia ipse est caput hominum, & Angelorum, & omnium creaturarum, & per hoc est caput Ecclesiæ, quia Ecclesiæ sunt homines, & Angeli, & creature.

Ad quintum dicendum, quod gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius secundum quod est quidam homo singularis, quia gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, est gratia habitualis, & per hoc est eadem cum gratia habituali eius secundum quod est quidam homo singularis.

Ad sextum dicendum, quod esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo, quia ipse est caput Ecclesiæ, & per hoc est proprium Christo.

Ad septimum dicendum, quod diabolus sit caput omnium malorum, quia ipse est caput malorum, & per hoc sit caput omnium malorum.

Ad octauum dicendum, quod Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum, quia ipse est caput malorum, & per hoc sit caput omnium malorum.